



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 86. Bellum utrinque adornatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI
A.C. 1567

rati essent, Conestabilis alioquin quietis publicæ oppido studiosus, hoc pacto concordiam firmare, quantum in ipso erat, paratum sese exhibuisset: attamen Calvinistæ rebelles, postquam de pace agi cognoverant, petulantiores effecti ampliora, quam antea proposuerant, postulabant: unde ob eorum pertinaciam utrinque re infecta discessum, bellumque continuatum est.

§. LXXXVI.

Bellum utrinque adornatum.

Thuan. l. c.
Beiles. l. 610.
105.
Castell. l. 6.
cap. 6.

Itaque Carolus IX. inter hæc arcta prehenfus missis ad omnes Provinciarum Gubernatores Nuntiis copias, quotquot possent, conscribi iussit: vicissim vero Calvinistæ ubique militum delectum habebant: eapropter utrinque rursus ad prælii necessitatem devenit, atque intra exiguum temporis spatium Staraparum urbs occupata, & Dordinga in deditionem accepta fuit: postea autem rebelles, cum pontes, ac portas Parisiensi civitati vicinas regiis copiis obsessas cernerent, easdem prope sancti Clodoaldi oppidum aggrediebantur, & die vigesima quarta Octobris eorum copiarum navibus ad id paratis Sequanam trajecerunt, atque inde sine ullo discrimine ad S. Audoeni oppidum pervenerunt, ubi eas Colinius Archithalassius

lassus operiebatur, porro conjunctæ omnes rebellium copiæ duo equitum, & octo peditum millia efficiebant, novo ad eas quotidie conflente milite.

Sæcul. XVI.
A. C. 1567.

§. LXXXVII.

Lutetia a Calvinistis undique cincta.

Postea distribuebatur rebellium exercitus, & quidem pars cum Condæo Principe in Dionysii oppido permansit, quibus copiis Carnutum Vice-Dominus, Barbanonus Canius, Franciscus Comes Saulius, Nicolaus Campanus Suisæ Comes, & alii duces præerant: pars autem alia cum Colinio maris Præfecto, Andeloto fratre, Claromontio Ambofiano, Rentio, aliisque ad Audoeni oppidum, quod est Sequanæ impositum, processit: Hangeftus vero Jenlius, Varda, aliique ad lævam Ambervillerium pagum pro hospitio habuerunt: porro hi duo pagi se tanquam cornua, quibus S. Dionysii oppidum tegebatur, porrigebant, ibique exercitus robur erat, dum ex altera parte ceterius erat missus Mongomerius Comes, ut Borgetum pagum in via, qua Silvanectum, & Claromontium itur, occuparet: obstructo igitur ea parte omni ad urbem Parisiensem per terram aditu Claromontius Ambofianus pergere jubetur Charentonium, qui pagus ad

Thuan. l. 42.